

Thorell, T. 1875. On some spiders from New-Caledonia, Madagascar and Réunion. Proc. zool. Soc. Lond. 1875: 144-146.

*Phrynarachne rugosa* (Latreille, 1804)

PHRYNARACHNE † FOKA (Vins.).

1863. *Thomisus foka*, Vins. Aran. de la Réunion, *cet.* p. 69, pl. xiv. fig. 4.

1865. *Thomisus foka*, Vins. Voyage à Madagascar, p. 186, pl. iv. fig. 3.

It is very uncertain whether this species be the true "foka" or "fook" of the natives of Madagascar; as to their opinions regarding the venomousness of that redoubted Spider *vide* Vinson, Aran. de la Réunion, &c. p. 71. But in his letter to me Dr. Vinson says:—"Depuis mon voyage à Madagascar, j'ai des doutes sur les qualités vénéneuses qu'on prête à cette araignée. Je l'ai trouvée à la Réunion (la même) fort inoffensive. La fameuse Foka ou Fouque, comme disent les Malgaches, serait le fameux *Eresus guérinii* qui habite aussi l'Algérie. C'était ma première opinion par analogie de contrée et de voisinage géographique, et j'y reviens. Je n'ai pu jusqu'à présent toutefois approfondir cette question."

The specimen sent me by Dr. Vinson, an adult female, is from Madagascar. Its colour is dark reddish brown, with exception of the tibiae, metatarsi, and tarsi, and the tibial and tarsal joints of the palpi, which parts are of a bluish black colour. The structural details contained in the following description may in some degree serve as a complement to that given by Dr. Vinson.

Fœmina. Cephalothorax pæne 6 millim. longus,  $5\frac{1}{2}$  millim. latus, tibiam cum patella primi paris longitudine saltem æquans, lat. frontis leviter rotundatæ  $2\frac{3}{4}$  millim., lateribus partis thoracicæ fortiter et ample rotundatis; margine postico emarginato; altissimus, a medio anteriora et posteriora versus satis æqualiter declivis, declivitate postica nitida, fere lævi, fovea media rotundata mediocri, parum profunda; præterea tuberculis magnis et parvis undique valde inæqualis et scaber, tuberculis majoribus plerisque partis cephalicæ in ordines longitudinales tres minus æquales ordinatis, impressionibus cephalicis parum expressis; clypeus scaber et tuberculatus, non directus, sed cum mandibulis

\* On Eur. Spid. pp. 174, 177.

† *Phrynarachne*, Thor. 1869, = *Phrynoides*, Sim., 1864 (*vide* Thor., On Eur. Spid. pp. 37, 182). [*Phrynoidis*, Fitz. (Reptil.), 1843.]

*proclivis, longitudinem arcæ oculorum mediorum altitudine non æquans. Sternum ovatum, pæne dimidio longius quam latius, antice leviter emarginatum, tuberculis minutis suum quoque pilum gerentibus obsitum. Oculorum series antica fortius, postica levius recurva; oculi laterales antici reliquis fere duplo majores, oculi medii postici evidenter sed non multo minores quam laterales postici et medii antici, qui fere æquales sunt. Area oculorum mediorum pæne quadrata, paululo modo latior postice quam antice et æque longa atque lata antice. Oculi antici medii spatiis fere æqualibus inter se, a mediis posticis et a margine clypei disjuncti, his spatiis oculi medii antici diametro circiter quadruplo majoribus, et evidenter sed non dimidio majoribus quam spatium quo a lateralibus anticis remoti sunt medii antici. Oculi medii postici paululo longius inter se quam a lateralibus posticis distant; intervallum inter oculos laterales circiter dimidio minus est quam spatium inter medios anticos et posticos, vel inter posticos medios et laterales, sed paullo majus quam spatium inter anticos medios et laterales. Quum oblique a latere et ab antice inspicitur cephalothorax, oculi laterales cum oculo medio antico ejusdem lateris lineam rectam designant. Mandibulæ versus apicem sensim angustatæ, subconicæ,  $2\frac{1}{4}$  millim. longæ, fere duplo longiores quam latiores basi, a latere visæ angulato-convexæ, latere exteriori ad basin in costam elevato, dorso ad basin exterius in formam fere trianguli subplano et tuberculis minutis tantum scabro; præterea vero in dorso tuberculis majoribus et minoribus inæquales et scabræ sunt mandibulæ pilisque brevioribus sparsæ; sulcus unguicularis antice dentibus paucis parvis armatus et dense ciliatus; unguis parvus, longitudine latitudinem apicis mandibulæ vix superans. Maxilla parallelæ, vix in labium inclinatæ, longæ et angustæ, saltem duplo longiores quam latiores, in latere exteriori leviter sinuatæ, apice extus rotundatæ, apice intus late et oblique truncatæ.*

*Labium maxillis duplo brevius, paullo longius quam latius basi, ovato-triangulum, apice obtuso. Palpi metatarsis anticis paullo angustiores, superficie inæquali et scabra, aculeati et pilosi, parte tibiali vix longiore quam patellari, dimidio longiore quam latiore; pars tarsalis versus apicem sat fortiter angustata, subacuminata, parte priore plus dimidio longior. Pedes valde robusti, præsertim anteriores, inæquales valde et scabri, coxis subter fere lævibus, nitidis, aculeis brevibus armati, aculeis subter in tibiis et metatarsis paullo longioribus et fortioribus. In tibiis anterioribus aculei inferius utrinque binas series formant. Unguiculi tarsorum versus basin dense pectinati. Pedes primi paris 16 millim. longi (patella cum tibia  $5\frac{1}{2}$ , tibia 3 millim.); secundi paris iis parum breviores; quarti paris, qui tertii paris pedibus paullo longiores sunt,  $10\frac{1}{2}$  millim. longi (patella cum tibia  $3\frac{3}{4}$ , tibia 2 millim.). Abdomen subpentagonum, antice subtruncatam, posteriora versus sensim paullo dilatatum, versus anum rursus subito et fortiter angustatum, subacuminatum, cute dura valde inæquali et rugosa tectum: latera ejus in tubercula magna vel quasi mammulas elevata sunt, quæ inferius minora sunt quam supra: præterea supra et in lateribus tuberculis humilibus sparsum est, quæ vel rotunda vel oblonga sunt, sulco suo quodque circumdata, in dorso, ubi pleraque in series duas longitudinales undulatas ordinata sunt, nitida, læviora, in mammulis magnis lateralibus magis scabra et inæqualia. Supra anum rugas aliquot transversas ostendit abdomen. Vulva valde simplex: ex fovea parva constare videtur, quæ antice callo nitido subprocurvo limitatur. Mamillæ posticæ anticis longiores, articulo primo cylindrato, paullo longiore quam latiore, secundo parvo; mamillæ anticæ crassiores sunt quam posticæ, subconicæ, articulo primo multo breviora quam latiore basi; mediæ reliquis multo angustiores, anticæ longitudine pæne æquantur.*

*Patria.* Inss. Madagascar et Réunion.